

(unknown project)

Liber de gestis in civitate Mediolani (commentum)

[Page 7]

[LIBER PRIMUS]

1. Metropolis, *id est civitatis Mediolani unde ponitur substantive; aliunde, in hoc opere, ponitur adiective.*

4. Rupes, *ibi erat fons super quam stabant poete.*

5. Herroycis (*sic*) *id est metris exametris que sunt de gestis nobilium.*

5. Cedant elegi, *id est metra exametra et pentametra, que sunt de miseria que actor huius operis fecit in alio libello; hoc ergo dicit quia actor huius operis intermittit loqui de miseria et de gestis nobilium hic loquitur.*

7. Meonio, *id est homerico scilicet metro exámetro.*[Page 8]

10. Pierius, *id est musaticus. Pierus fuit pater ix picarum, secundum fabulas, quas divicerunt ix muse, unde ex hoc muse predictae pierides quasi filie Pieri. Inde pierius id est musaticus.*

11. Ardor, *id est desiderium.*

14. Urbs, *scilicet Mediolanum.*

16. Lanea, *sicut dicit Ysidorus, in loco in quo Mediolanum erat construendum apparuit sus mediolanea, ex quo prodigio quod apparuit, civitas est dicta Mediolanum.*

19. Ipso etc., *vel dicitur Mediolanum quasi in medio amnium, scilicet Ticini et Abdue sita.*

20. Quin etiam esca., *hec civitas habundat scatebris id est fontibus scaturientibus, ex quibus prata multa fiunt.*[Page 9]

23. Hanc tenuit, *secundum Ysidorum, Galli propter discidium habitum inter se, quidam expulsi venerunt Mediolanum et, expulsis Tuscis quos ibi invenerunt, habitaverunt ibidem.*

25. Haud, *id est non.*

26. Sevi, *inter alias italicos ligures sunt crudeles.*

30. Urbibus, *id est ex Mediolanensibus multi solent eligi in potestates.*[Page 10]

40. Iusticium, *id est defectus iusticie.*[Page 11]

43. Fundamenta, *scilicet civitatis Mediolani.*

48. Ardor, *id est desiderium honoris quod est eis lugubris, quia causa luctus.*

53. Astrea, *id est iusticia.*

64. Dantur, *nam capita partium fuerunt extra civitatem missa sed qui erat pretor seu dominus populi rediit ad civitatem non observato mandato comunitatis et cepit urbem.*

65. Pretor *id est martinus.*[Page 12]

68. Dominus *id est ycelinus de Romano.*

69. ipsius *id est uerone.*[Page 13]

71. Ligurum, *id est civium mediolanensium, qui vires resumpserunt quando intellexerunt succursum Cremonensium.*

80. Ut miles vidit, *scilicet proscriptus de Mediolano fugam Veronensium, relictis propriis laribus, fugit ultra Abduam.*[Page 14]

90. Desevire, *id est postquam fortuna cepit aliquos affligere non desistit usque ad consumatam afflictionem.*[Page 15]

107. Erinis, *est nomen furie et sonat quasi ad discordiam nata.*

108. Megera, *interpretatur magna quirentia, cuius ars et officium est mentem tollere et ad contentionem concitare.*

111. Tisiphone, *interpretatur ultio mortis, cuius officium est post contentiones concitare ad effusionem sanguinis.*

[Page 16]

114. Alecto, *interpretatur luctifica, nam post contentionem et sanguinis effusionem sequitur dolor et luctus. Hec omnia fuerunt in civitate Mediolanensi.*

Alecto, *he tres dicuntur furie infernales, quarum operatione omnia mala dicuntur contingere, scilicet Megera et Tisiphone et Alecto.*

123. Capaneus, *fuit quidam qui notus factus est quia fulgure fuit percussus.*

126. Patruelis inventus, *et ponitur hic patruelis adiective.*

127. *scilicet carnales.*

130. Cedit, *id est percutit.*

[Page 18]

147. *Flamines dicebantur pontifices gentilium, unde descendit flamineus, a, um.*[Page 20]

158. Sinedre *dicuntur selle curiales.*

160. *Huicque fidem, dna Maria soror Clementis IIIIti habuit revelationem quam longo tempore celavit, sed cum ipsa esset iuxta mortem, vocavit fratrem suum nomine Widonem, qui postea fuit papa dictus Clemens, et manifestavit ei suam revelationem, que dixit sibi esse revelatum quod ipse erat ascensurus ad gradum magne dignitatis, unde recommendavit ipsa ordinem fratrum Predicatorum, quorum habitus est ex albo et nigro colore, et ideo bicolor dicitur ille ordo; et ponit causam recommendationis, scilicet quia fructus facit bonum, alios instruendo. Item dicit se vidisse in fratres ipsos de celo ignem descendere. Item quod in hora completorii beata Virgo ei apparuit et dixit ei: filia, noli recedere a pedibus meis. Et*
[Page 21]

cum fratres Predicatores cantarent antifonam, scilicet "Salve Regina" beata Virgo circumivit utrumque eorum fratrum et salutabat quemlibet fratrem, et post hoc ivit ante altare iuxta acolitos, qui portabant cereos accensos et inde statim disparuit.[Page 22]

174. *Bicolor, quia ordo fratrum Predicatorum habet habitum ex nigro et albo colore.*

176. *Celestia, hoc cum (sic) primum quod vidit predicta domina.*

185 . *Phebus, hoc est sccundum quod vidit.*

186 . *ASILUM id est subsidium.*[Page 23]

199. *Visio, dicit quod predicta visio apparuit ei tribus diebus continuis et eadem hora, et fuit visio ignis descendentis super fratres Predicatores in pentecoste in hora tertia in monte Pesulano, capitulo generali existente ibidem, et eadem die et in duobus diebus sequentibus in hora completorii manifestatio beate Virginis ut dictum est supra.*

208. *Claviger, etc., dicit quod Clemens ad papatum assumptus secundum revelationem sue sororis zelat pro iusticia nec potest non defendere ius.*

[Page 24]

220. Sinedre, *scilicet selle curiales et ponuntur his pro sede papali.*

224. *Id est cardinales.*[Page 25]

227. *Verendi, pro rev[er]endi.*

230. *Sidera, ponitur hic similitudo talis. Sicut stelle illuminate a sole materiali prestant vitam rebus inferioribus, sic probitas vel perfectio dni Pape cardinalibus participata, prebet fomentum et regimen orbi.*

[Page 26]

233. *Urbi, id est Mediolano.*

238. *Nonne vias, Mediolanum ad preceptum dni pape dedit transitum dno Karolo eunti capere Apuliam.*

241. *Ducis, id est Manfredi.*

242. *Hec, scilicet Mediolanum.*

243. *Ligures, Liguria vocatur a Placentia supra exclusive.*

245 243. *AULE, scilicet Curie Romane.*

246 . *Tiranni, id est yzolini de romano.*

248 . *Invito populo, scilicet Mediolanensi.*

250. *Ducis, id est regis Karoli.*

[Page 27]

260. *Orbis apex id est o papa.*

261. *Almi vos patres id est cardinales.*

[Page 28]

278. *Ut iussere, quod dicit: ad iussum Curie Gallicis dedimus transitum.*

281. *Tiranno, id est marchioni Pellavicino.*

286. *In scelus, vult dicere: quia proscripti milites de Mediolano pacem et concordiam fecerunt cum Ycolino de Romano, nos Mediolanenses compulsi timore predicte concordie, pactum fecimus cum Marchione Pellavicino licet esset hostis Ecclesie. Sed quia hoc fecimus solo timore, quam cito potuimus recessimus a predicta concordia.*

287. *Tiranni, id est Yzolini de Romano.*

290. *Hic, scilicet Ycolinus.*[Page 29]

294. *Robore metropolis, id est civitatis Mediolanensis.*

296. *Vulnere, Roma habuit duos magnos timores: unum quando Anibal affricanus rex Cartaginensis transivit alpes Tuscie eundo Romam; alterum quando Cesar cum Gallicis festinans Romam sedit in Romaniola. Sed timor quem habuit civitas mediolanensis in adventu Yzelini fuit maior quam illi timores, ut dicit.*

302. *Excita, pro excitata dolis quos timebat intra se esse.*

307. *Igniferi, id est Yzolini.*

308. *Aule, id est curie romane.*

310. *Non privata, id est non parva sed magna.*[Page 30]

312. *Non satis, quod dicit: non suffecit proscriptis se iungere Yzelino, sed etiam, postquam*

repulimus Pellavicinum, ipsi ei adhererunt.

316. In patrios. *Postquam proscriptos milites inculpavit, nunc inculpat dominum archiepiscopum, qui cum armis venit in Aronam, quam Mediolanenses sicut terram suam tenebant, cuius progenies, ut dicit, semper rebellis fuit civitati Mediolani.*

[Page 31]

324. *Ipsi maculam, imponit patri et matri domini archiepiscopi crimen heresis, et quod soror sua tradita fuit cuidam comiti infideli.*

331. *Nobilitas, laudat dominos civitatis mediolanensis a favore quem exhibuerunt Ecclesie et fidei, et dicit quod non debuerunt excommunicari ab Ecclesia.*

337. *Deum, pro deorum, scilicet sanctorum vel cardinalium et tocus curie romane quam dicit eos coluisse.*

339. *Serpserit, quod dicit: licet incaute erraverint in cede illa proscriptorum militum, non deberent tradi oblivioni eorum bona, que in eis sunt.*

344. *Sed fata, id est dicta.*[Page 32]

351. *Affectu, hic primo respondet ad illud, quod sibi fuit obiectum, scilicet quod non diligebat patriam suam.*

353. *Cuius, scilicet doloris.*

353. *Tantum, quod dicit: non doloris imo honoris maiorem partem relinquo civitati, licet honor civitatis sit et meus.*

[Page 33]

359. *Nisi forte etc., tangit cives Mediolanenses de cedibus factis in civitate et de dominiis multis civitatis, que dominia non sunt sine invidia et sine bello civili et sine ruina civium.*

362. *Qui, scilicet livor. or scilicet sub uno.*

370. *Quid genus, Excusat progeniem suam que portat magnum onus civitatis in expensis et non credi debet quod non diligit civitatem.*

372. *Non aliud, Excusat quod in nullo offendit nisi in hoc, si offensa dici debet, quod suscepti archiepiscopatum.*[Page 34]

380. *Post modo, Item accusat de hoc quod voluerint cum occidere cum venit Aronam missus a curia.*

382. *Irritat, id est provocat.*

383. *Irrita, id est frustrata.*[Page 34]

380. *Post modo, Item accusat de hoc quod voluerint eum occidere cum venit Aronam missus a curia.*

382. *Irritat, id est provocat.*

383. *Irrita, id est frustrata.*[Page 35]

386. *Astrea, id est iusticia.*

389. *Anteus, fuit quidam gigas vel pugil, qui stratus in terram, statim resurgebat, unde dictus est filius terre.*

391. *Denique, dicit se expulsus de castro a Curia sibi concessa, mediante auro et ferro.*

397. *Servato, solum unum castrum fuit relictum, quod non fuit destructum quod tamen non habitabatur.*

398. *Non arsere, Excusat se quod non venit sicut incendiarius sed iura solum petebat Ecclesie.*

402. *Quid si vicina, Excusat milites proscriptos quod non est mirum si libenter redibant ad propria ne vagarent cum natis et uxoribus per orbem.*

403. *In iuga, quod dicit: renuebat iugum vicinorum suorum.*[Page 36]

408. *Acer, Excusat patrem et matrem de heresi: materque in loco religioso sepulta est, nisi fuit deuotata.*

412. *sed ego, De fide certa patris ipse testificatur.*

413. *Non fuit, Excusat se de sorore que data fuit nobilitati et non errori.*

415. *Non furit, Accusat cives de hoc quod non solum insurgunt in ipsum, sed etiam in curiam romanam.*

419. *Par scelus, Quod dicit: sicut gigantes qui hedificando turrim voluerunt quasi celum impugnare, non fuerunt sine pena, sic nunc isti volentes impugnare curiam romanam, puniri deberent.*

420. *Det, id est sustineat.*

421. *Sentiat etc., id est excommunicationem.*

[Page 37]

422. *Libera, accusat cives de edicto quod fecerunt, scilicet ne littere dni pape portarentur in Mediolano. Item de nimio gravamine cleri in exactionibus et servitutibus et incarcerationibus.*

[Page 38]

439. *Expressit amorem, quod dicit: prima pars concionis est vera, quam adversarius fecit, scilicet quod civitas Mediolani semper curiam romanam dilexit et ei adhesit, sed ultima pars concionis eiusdem est falsa, scilicet quod nobiles cives de Mediolano qui dominantur diligant suam civitatem.*

446. *Ditis, id est dei infernalis.*

448. *regalis, id est regis Karoli cuius nuncius tempore cedis regebat civitatem.*

449. *O furor, accusat cives numerando aliqua dira que fiebant in civitate Mediolanensi et patet*

quod hic dicitur.[Page 39]

461. Exicii, *accusat cives de nimia inhumanitate habita contra captivos suos.*

466. O stigitie, *quod dicit: sicut a dampnatis in inferno exiguntur pene quas numquam sufficienter possunt, sic ab his captivis exiguntur ea que reddere non valent.*

476. *parentesis.*[Page 40]

484. *parentesis.*

488. Tribuni, *id est maiores in populo.*[Page 41]

492. Curritur, *tangit modum occisionis.*

495. Fata, *id est mortem cum silentio expectant singuli.*

502. FEMALE, *id est crudele.*

503. Funera, *ponit numerum occisorum.*

510. Impune, *id est sine pena.*

511. Instar, *id est ad similitudinem.*[Page 42]

515. Cur impune, *dicitur hic quod cives interiores primo composuerunt cum Pellavicino sine aliqua condicione, secundo post hec omnia proscripti composuerunt cum Ycolino sed cum condicione, scilicet ut obediret Ecclesie, et alias non debuit ei servari fides. Et ideo interrogative loquitur, cum scelus utriusque partis sit par, scilicet in hoc quod utraque pars coniuxit se tyranno, sed crimen civium gravius fuisse innuit, in hoc quod sine condicione aliqua composuerunt cum suo tyranno.*

523. Obvia, *quod dicit: proscripti poterant quando cum Ycolino venerunt, intrare urbem et destruere eam sed noluerunt quia nollebant nisi dominium remove.*

527. Tiranno, *id est Pellavicino.*[Page 43]

540. Montane, *quod dicit: quod comes Provincie scilicet Karolus qui nundum erat rex, haberet viam per Lombardiam in Apuliam contra Manfredum, civitas Bergamensis hoc tractavit cum tractavit fedus cum comite scilicet Karolo. Corona Sicula est corona Karoli.*

541. Comitibus, *id est Karoli.*

542. Regis, *quod dicit: quia tantus excessus fuit commissus in presentia potestatis Mediolanensis, qui erat ibi positus per regem Karolum, in cede nobilium proscriptorum,*

vacuat gratiam quam Mediolanenses fecerunt dicto regi dando transitum sue milicie per Mediolanum, dato quod predicta gratia sit attribuenda Mediolanensibus, et non Bergamensibus.

545. Dum sic baccantur, *scilicet cives contra proscriptos in quorum cede non fuit servatus ordo iuris.*

552. Non patet, *per multas methaphoras venti et maris exponit periculum civitatis mediolanensis.*

[Page 44]

562. Quem prius, *Papa non revocat sententias excommunicationis et interdicti latas contra civitatem Mediolani nisi obediant.*

565. Germine, *comparatio.*

573. Licet his, *quod dicit: licet sint in magna prosperitate cives, tamen, pape constantia territi, favent.*

575. Ut nubes, *comparatio.*[Page 45]

581. Nec mora, *legatos comunis Mediolani statim sequitur legatus pape qui recipiat civium obedientiam et absolvat civitatem.*[Page 46]

582. Ad Ligures, *id est Mediolanenses qui sunt capud Ligurum.*

584. Siniuga, *id est sine iugo.*

590. Sedi, *id est curie romane.*

593. Sed ultro, *quod dicit: cives non coacti sed valde voluntarii currebant ut obedirent Ecclesie quam comiter habent amicam.*

596. Patris, *id est archiepiscopi.*

598. renova (sic) *id est renovare divina in civitate Mediolanensi quae longo tempore fuerant ommissa.*

599. Et quia divine, *quod dicit: interdictum erat relaxandum et de hoc cives gaudebant.*

[Page 47]

607. Ceu longa, *comparatio.*

611. Ut suffusa, *comparatio est, quod sicut mater videns filium laborantem in extremis gaudet cum avertit ipsum convalescere, sic urbs sicut mater gaudet cum perpendit signum reformationis in civibus suis.*

[Page 48]

631. Oratio legati dni pape.

632. *Primo conmmendat de multis civitatem mediolanensem.*

[Page 49]

637. Decepta, *hic secundo ponit civitatis prefate errorem multiplicem.*

642. Sed modo, *hic tercio ponit errorem correctionem.*

655. En ego, *hic quarto ponit et exprimit mandata summi pontificis.*

666. Christos, *id est clericos.*[Page 50]

667. Fastis, *id est libris in quibus solent scribi negocia rei publice.*
673. Vinxerunt, *di est ligaverunt.*
680. Maior, *scilicet est.*
681. Nescit, *conparatio.*
688. Sed non heu, *quod dicit: sperabatur pax futura generalis a civibus comuniter sed non sic evenit.*
[Page 51]

LIBER SECUNDUS

1. Comparatio.

1. Pululat, *sicut cicatrix non bene sanata propter saniam latentem iterum erumpit, sic ira potentum non bene remota iterum pululat contra archiepiscopum et eius sequaces.*
[Page 52]

6. Agmine, *applicat ad methaforam prefatam quomodo ira potentum pululat in statuendo edictum crudele de nece archiepiscopi si Mediolanum veniret de Placentia.*[Page 53]

12. Dedecus, *quod statutum huiusmodi fuit iniuria pape qui dissimulavit.*
19. Presul, *sed est archiepiscopus.*
19. At ille, *id est papa.*[Page 55]

27. Et est humili, *describit castrum castrum Seprii quantum ad situm eius.*
36. Ligures, *describit hic Engleriam cum arce eius et qui loci dispositionem vidit, de facili potest intelligere que hic dicuntur.*
47. Hec loca, *scilicet Engleriam et castrum Seprii.*
48. Et his, *scilicet Engleria et castro Seprio.*
49. Hec spacii, *distant enim hec duo castra per xii miliaria.*[Page 56]

52. Catulis, *conparatio.*
56. Germani, *id est teotonici.*
59. Comitibus, *scilicet Gufredi ducis proscriptorum.*
67. Fit proximus, *quoniam comes pervenit usque ad fluvium Guassam cum suis, qui a stagno non distat multum.*
68. Preses, *scilicet potestas mediolani.*
[Page 57]

71. Amnis, *qui dicitur Guassa.*
73. Dextras, *describitur preparatio ad bellum ex parte civium.*
79. Inde, *hic describitur preparatio ad bellum ex parte proscriptorum.*
80. Genus, *animat suos dictus comes proponendo eis nobilitatem et recuperationem bonorum et honoris patrie sue.*
83. Non sic acies, *hec comitis acies nec sic erat armata nec magna numero.*
87. Clamor, *id est inchoatur prelium.*
89. At latus, *dicit quod primi qui fluvium transierunt ad bellum fuerunt teotonici.*
96. Mavortia, *Mavors-tis dicitur Mars, unde Mavortius, a, um id est bellicosus, a, um. Et hic dicuntur tela mavortia id est bellicosa.*
[Page 58]

101. Virtus, *dicitur quod comes dux proscriptorum militum percussit militem et stra (sic)et occidit.*
108. Tunc dampnata, *hic fuga incipit proscriptorum militum.*
113. In frutices, *id est inter fru (sic).*
[Page 59]

117. Sed in orrea.
120. Cives, *scilicet qui contra dampnatos pugnaverant.*[Page 60]

128. Divum opus, *hic ponitur exortatio militum proscriptorum ad archiepiscopum, ut ducatum super eos recipiat.*[Page 61]

130. Iustitium (sic), *id est defectus iusticie.*
133. Flu. instar, *id est ad similitudinem fluminis.*
134. Trina quidem, *quod dicit: cedes facte occasione bellorum factorum apud Engleriam et in Vercellis et in Carate fuerunt quasi ducentorum hominum proscriptorum.*
[Page 62]

139. Mors, *ut inducant archiepiscopum ad susceptionem ducatus, reducant ei ad memoriam mortem comitis amici sui et nepotis, et expectationem proscriptorum, et desiderium etiam civium et Dei voluntatem.*
146. Tunc antistes, *hic ponitur responsio archiepiscopi pia et discreta.*
[Page 63]

159. Tunc iussit, *postquam Archiepiscopus recepit ducatum, venit et vadit occupare castrum Seprii.*
168. Arma movent, *ponitur hic succursus quem habuerunt Mediolanenses ad obviandum dno archiepiscopo.*
172. Assistit, *germanus quiritis est miles theotonicus.*

175. Falerata acies, *scilicet mediolanensis*.
177. Menia, *scilicet Castris Seprii*.
178. Presul, *describit quales erant illi qui remanserant cum dno archiepiscopo*. [Page 64]

184. Circuit, *describit sollicitudinem dni archiepiscopi*.
192. Hec ait, *Exortatio archiepiscopi ad defensionem, proponens eis multa eos inducentia ad fortitudinem*.
201. Timebat, *quod dicit: tota ytaliam patrum vestrorum probitatem timebat*.
204. Vos non degene., *quod dicit: vos sequentes probitatem et fortitudinem patrum vestrorum ostendatis vos esse filios talium patrum legitimos*.
208. Quem michi, *dns archiepiscopus tulit sententiam contra suos feudatarios, quod nisi transirent ad ipsum, relictis hostium castris, privabat eos dignitate quam tenebant ab ipso, sed pauci iverunt ad ipsum, timentes fortune casum et potentiam civitatis*.
[Page 65]

216. Nititur, *milicia archiepiscopi quasi tota, ipso quasi solo vel cum paucis relicto, vadit occupare montana et tunc cives in acies ordinati impugnant castrum et bellum describitur*.
230. Excussa, *scilicet est*.
234. Dum multo, *dicitur quod milicia archiepiscopi, audita expugnatione suorum, celeriter cucurrit in subsidium suorum et hostes fugaverunt*.
241. Miles, *hic describitur victoria quam milites proscripti qui erant cum dno archiepiscopo fecerunt*. [Page 66]

244. Perurget, *scilicet fugientes*.
250. Eques, *scilicet de civitate contra archiepiscopum*.
252. Milicie urgentis, *scilicet que erat cum dno archiepiscopo*.
253. Pietas, *postquam dns archiepiscopus vidit stragem hostium per suos factam, opponit se suis, ne tantum se viant, cum odio gravi contra hostes suos concitarentur victores; timebat etiam insidias et ideo eos revocat*.
260. Restaurare, *iubet etiam archiepiscopus quod per hostes contracta reficiantur et ipse personaliter ad hoc laborat et omnes sollicitat*.
265. Fit sedulus, *sicut etiam alibi dicitur: omnia Cesar erat*.
270. Pars latebras, *scilicet querit*.
[Page 67]

271. Nobilitas, *id est milites conabantur prohibere ensibus fugam et dns archiepiscopus revocabat fugientes sed frustra*.
276. Valve, *quod dicit: fugiunt Cumas, sed cives Cumani nollunt fugientes recipere*.
283. Antistes, *quoniam Cumani noluerunt eos tenere, dominus Archiepiscopus secessit inde et habitavit in Zurnigo*.
289. Pressum, caput, *id est vulgus habens caput pressum*.
291. Freti, *scilicet sunt*.
292. Umbo, *scilicet tegit*. [Page 68]

293. Post modo, *de Zurnigo dominus Archiepiscopus venit Canobium*.
[Page 69]

295. Est fuga, *exortatio terrigenarum de Canobio ut Archiepiscopus non stet in Canobio*.
301. Presul, *responsio dni archiepiscopi*.
304. Illi de Canobio *concesserunt dno Archiepiscopo quod staret in terra, sed sequaces eius expulerunt. Qui provocat eos ad amicitiam in privatim, suos vocat ad se*.
311. Conmenta, *id est mandata*.
[Page 70]

313. Canobio, *describitur locus quo ad situm*.
315. Quod scaturit, *quod lacus maior exit de Ticino, et postea Ticinus exit de lacu. NOTA. Secundum poetriam novam, Scaturio producit primam: unde: Et fons scaturiens. Secundum uicedon breviat: unde: Et scaturizantes lesus abhorret aquas. Et hic melius Virgilius: saxa cient, scatebrisque arentia temperat arva. Et sic hic ponitur: quod scaturit*.
316. Antistes iam transtra, *describitur hic preparatio quam facit dns archiepiscopus ad bellum navale*.
322. Locus hic, *hoc dicitur quia Engleria est quasi in finem lacu super ipsum lacum sita*,
[Page 71]

ad quam decurrit aqua lacu. Et ibi hostis dni archiepiscopi congregat robur navale undecumque contra ipsum, et venit Zerninagam contra Archiepiscopum, et ibi fuit conflictus navalis et prevaluit pars archiepiscopi.
334. Noxia, *parentesis*.
336. Astu, *id est astucia*.
337. Luxum, *id est corporis quietem*.
338. Errorem, *scilicet quiescentium in lectis*.
343. Non illos, *quod dicit: in expeditione belli nullus se nobiliorem alio putat, quod nolens sibi ex hoc parcere*.
345. Verruntur, *id est trahuntur*.
347. Duci, *id est illi cui navale bellum erat commissum*.
354. Per agros, *agri Neptuni dicuntur aque, quia deus aquarum dicitur*. [Page 72]

356. Humentes, *quod dicit: non erat dum dies.*
358. Secesserat, *scilicet Phebus.*
362. Texerunt, *scilicet illi qui insultum fecerunt super naves.*
364. Transtra, *dicuntur tabule in navi super quas remiges sedent.*
366. Fitque, *scilicet unda rubens.*
372. Tempus abest, *quod dicit: surgentes de lectis voluerunt se armare sed non fuit tempus, quia de navibus hostes egressi, impugnabant eos, qui et ideo in fugam sunt conversi.*
379. Patri, *scilicet Archiepiscopo, qui erat Canobii.*[Page 74]

383. Symone, *scilicet de Locarno.*

[Page 75]

386. Siquidem, *corripit prima ut patet per Stacium, cuius exemplum est quasi in fine libri*
390. Pretor, *scilicet Symon qui omnibus preerat.*
390. Diducunt, *id est extendunt.*
399. Prope menia, *scilicet Arone.*
400. Spes, *quod dicit: reclusi in Arona non in aliquo subsidio navali confidunt vel sperant quia Symon occupaverat lacum, in cuius auxilium venit Marchio Montis ferrati cum Novariensibus et militibus proscriptis de Mediolano et Papiensibus et obsident ex parte terre Aronam.*[Page 76]

403. Iuncta, *scilicet est.*
405. Lunare, *quia ad modum semiluni.*
407. Quod, *lunare scilicet latus.*
407. Innexa, *scilicet fossa tellus.*
414. Germanus, *id est teotonicus.*
425. Clausis, *dicit quod cives egrediuntur in sucursum obsessorum.*
431. Nobilis, *quod dicit: proscripti de Mediolano nollebant ab obsidione recedere quia sperabant redire Mediolanum capta Arona.*

[Page 77]

433. Leguntur, *id est colliguntur et redeunt Novariam qui obsidebant, et obsessi egrediuntur ad spolia.*
443. Classis, *scilicet Symonis.*
446. Nec mora, *quod dicit: ex quo Marchio et Symon recesserunt ab obsidione Arone, omnia castra que erant in ripa lacus et rebellaverant Mediolano, iam obediunt.*
447. Ducis, *id est Symonis, qui, ex quo succubuit in lacu, temptat bello campestri prevalere, auxilio Cumanorum.*
452. Antistes, *id est archiepiscopus qui non movebatur ex infortuniis.*[Page 78]

460. Ultor scelerum, *id est Deus.*

464. Nobilitas, *scilicet proscripta.*

[Page 79]

466. Mente (*sic*), *id est archiepiscopus laborat inclinare episcopum cumanum ad suam amicitiam, et ad hoc multum profuit lis orta in Cumis et preces amicorum et Symonis instantia.*
472. Archipatri, *id est una pars civitatis Cumane favet archiepiscopo et altera mediolanensibus sed episcopus cumanus favet archiepiscopo.*
480. Sonus inde, *quod dicit: magnitudo soni non superat multitudinem vulnorum.*
486. Vim belli, *id est pars que erat contraria archiepiscopo succubuit in prelio et reduxit se et omne robur suum ad palacium comunitatis, et ibi ab hostibus obsidetur, et durum bellum ibi geritur.*

[Page 80]

489. Hostes, *id est amici archiepiscopi.*
492. Excipit, *ibi est zeuma, unde zeuma fit in verbo si plura cluseris uno.*

[Page 82]

503. Ticino, *id est de Papia et de Novaria miles et virtus Cumana omnes sunt electi sub aquillis archiepiscopi.*

511. Menia, *scilicet subsunt.*

[Page 83]

512. Castra, *scilicet subsunt.*
514. Comiti, *scilicet Ricardo.*
515. In Urbe, *id est Mediolano.*
517. Fraterneque, *scilicet mediolanensium interiorum et exteriorum.*
523. Procerum, *id est nobilium exteriorum.*
524. Speculator, *scilicet qui erat super capanili de Desio.*
525. Duci, *id est potestati comunis Mediolani populi.*
529. Clipei, *explicatur modus preparantium se ad bellum.*

[Page 84]

536. Presul, *scilicet archiepiscopus.*

541. Cui, *scilicet virtuti dive.*

546. Grandinis instar, *id est ad similitudinem grandinis.*
549. Hostili obice cedente, *quia hostes cesserunt qui obstabant.*
550. Hostes, *scilicet illi de Desio.*
551. Fortes, *scilicet illi qui erant cum archiepiscopo.*
553. Adversi, *scilicet illi de Desio.*
555. Victi, *scilicet illi de Desio.*
555. Dorsis, *scilicet illorum qui erant cum archiepiscopo.*
556. Victores, *scilicet qui cum archiepiscopo erant.*
558. Versis, *nam cumani et alii qui erant ex parte archiepiscopi precipitabantur usque in fundum fossati.*

[Page 85]

562. Turba fugax, *scilicet Cumani.*
563. Propulsos, *scilicet de aggere, scilicet illos de Desio.*
578. Sepe, *parentesis*
587. Amice, *id est amicabiliter.*

[Page 86]

587. Quem petit, *nam dns archiepiscopus inermis per medium armatorum cucurrit ad captum hostem ut eum a morte liberaret*
596. Comitibus, *scilicet Ricardi ut dicitur.*
613. Erile vexillum, *id est crucem vel signum aliud bellicum sui ducis.*

[Page 87]

615. Iam vulnera, *hic ponitur oratio dni archiepiscopi ortatoria ad pacem.*[Page 88]

637. Conducat, *id est conciliet et sanet.*
642. Humili, *quod dicit: ira fervet sub pectore vili non sub pectore nobili*
645. Asper, *scilicet homo qui est asper sive crudelis.*

[Page 89]

652. Quid si, *id est quid prodest.*
672. Quo, *scilicet Averno, id est in tribulatione quasi infernali.*
683. Iusticio, *id est defectui iusticie.*[Page 90]

685. Astrea, *id est iusticia.*
686. Aula, *hic sumitur pro domo comunitatis.*
689. Votis patriis, *id est votis archiepiscopi.*[Page 91]

692. Antistes, *id est archiepiscopus.*
699. Insignia Regis, *id est crux.*

[Page 92]

722. Posuere diem, *sicut factum est tempore Iudith, sic modo in die victoriae festum est ordinatum.*
726. Eger, *comparatio est.*
727. Cum labium, *ponuntur hinc. V. (=quinque) signa mortis.*[Page 93]

734. Crimine purgato, *nam civitas Mediolani multa est passa propter peccata, quibus purgatis ex afflictione a Deo ei illata, purgata dicitur, cum cessavit peccatorum afflictio.*
736. Quam dubio, *ostenso quod potentes sunt deiecti et impotentes qui erant proscripti reducti et elevati, actor hic in fine operis quasi invehit contra fortunam que ludit in humanis rebus nunc alta humilians, nunc infirma relevans, et laudat virtutem multipliciter, que firma manet et suos possessores facit non timere fortunam, et explicatur hoc de sancto Iohanne Baptiste, qui fuit virtuosus valde cuius etiam laus hic in fine jambicis canitur versibus.*
744. Huic, *tangit V (=quinque) quibus virtus redditur commendabilis.*[Page 94]

Est eius sublimis, *incipit explicare ea que spectant ad commendationem virtutis et primo de honore.*

He que augentur, *hic explicat de divitiis.*

Huic cele., *hic explicat de nobilitate virtutis.*

Mortales, *hic explicat de opere virtutis.*

Consors, *virtus per effectum est consors Dei vel angeli.*

Nomen, *hoc dicit quia virtuosus vocantur dii.*

Quam felix, *hic explicat de prole virtutis, scilicet Temperantia, Prudentia, Iusticia et Fortitudine.*

Temperies siquidem, *nota quod siquidem corripit primam sillabam, unde Statius Thebaidos: grata deum matri siquidem Cibeliis Acis.*

Quid melius, *scilicet quam iusticia.*[Page 95]

770. Usum, *id est utilitatem.*
773. Illius ad nutum, *hoc dicit quia iusticia imperat omnibus aliis virtutibus.*
774. At postrema, *id est fortitudo.*

